



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

## **Parallelia Geographiae Veteris Et Novae**

Parallelia Geographica Italiae Veteris Et Novae

**Briet, Philippe**

**Parisiis, 1649**

§. 2. De Admirandis Vmbriæ.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13120**

Eo concursu villæ omnes elisæ, animalia permulta, quæ intrâ fuerant, exanimata sunt, anno ante Sociale bellum. *Plinius lib. 2. cap. 83.*

Ad Rauennam vites in paludibus nascuntur, & celerimè perficiuntur, & fructum uberrimum ferunt; sed post quartum, quintumque annum perire solent. Ibidem quoque aër, licet palustris, innoxius est. *Strabo libro quinto.*

### §. 2. De Admirandis Umbriæ.

In Agro Reatino fons Neminiæ appellatus, alio, atque alio loco exoritur, annonæ mutationem significans. *Plinius lib. 2. cap. 103.*

Ex eodem Fonte, sed hunc autor Menter vocat, si quis aquam biberit odorem vini non feret. *Sotion in Fragmentis Miraculorum in fontibus, fluiis & lacubus.*

In exitu paludis Reatinæ saxum semper succrescit. *Plinius lib. 2. cap. 103.*

In Agro Reatino aliquot iugera ad ingressum equitantium trement. *Plinius lib. 2. cap. 103.*

Reatinis paludibus vngulæ iumentorum tantum indurantur. *Plinius lib. 31. cap. 2. ex Cicerone incerto loco.*

In lacu Velino nullo die non appetet Arcus, seu Iris. *Plinius lib. 2. cap. 62.*

In Aquis Cutiliis (lacus dicitur Cutiliaæ, estque Italæ umbilicus in agro Reatino, inter Reate & Amiternum) Insula fluitat, quæ numquam in eodem loco visitur. *Plinius lib. 2. cap. 95. & Dionysius Halicarnassensis lib. 1.*

### §. 3. De Admirandis Hebruriæ.

In Sinu Tusco, sed quo loco non exprimit auctor, erupit aliquando terra flagrans violento cum motu: proditurque memoræ circa illam multitudine piscium fluitante, expirasse confessim quibus ex his cibus fuisset. *Plinius lib. 2. cap. 88.*

In Statoniensi (Tusciæ) agro, Insula fluitat. *Plinius lib. 2. cap. 95.*

In calidis aquis Pisanorum ranæ enascuntur. *Idem eodem lib. cap. 103.*

Tra-